

III.

NEOVIDENSIS

Nro. 38. (*Neovidensis* 1806. Nro. 31.)

Ex Campis Elysiis

Dissertatio Politica

De rebus nostri sæculi memorabilibus

Elysium.-- Meum.-- Die Veneris 2. Maji 1806. (Neov. 15. April.)

Sententia

Quacunq̄ue ingredimur, in aliquam historiam vestigium ponimus.

Ita quidam antiquus scriptor de urbe Atheniensi in Græcia, quod nos hodie de australi Germania affirmare possumus: Colonia u que Vindobonam, & Neapoli iterum usque Vindobonam quocunq̄ue pedem figamus, deprehendimus rem memoratu dignam: — vel conflictum, vel itinera militum, vel oppugnationem, vel lauream sangvinolentam —

Tollitur insveto victor super astra triumpho, Cincta tamen lauro membra cruore madent.

Nos profecto memorabilia vivimus tempora. Nobis intra spatium 16. annorum oblata est occasio plura videndi facta ad memoriam insignia, quam nostris Majoribus per decursum plurium sæculorum. Australis Germania est fertilissima seges historiarum, atque finis sæculi 18. cum initio modo labentis facit in

omni memoria inauditam epocham. Qui hodie vivimus, plura possumus experientia docti narrare, quam multorum sæculorum, qui nos præcesserunt, patres; Quam infelicia sunt hæc, sed etiam quam memorabilia tempora!

Fingamus posse fieri, ut, qui naturæ debitum persolverunt, iterum in vitam redeant; Quid diceret Fridericus unicus, quomodo stuperet Josephus II. visis tot, ac tantis rerum mutationibus, transformationibusque? Mutationibus, quæ in nulla adhuc tabula geographica delineatæ sunt, transformationibus, quæ in nullum codicem diplomaticum relatæ habentur. Omnia novitatem spirant, omnia se aliter habent, atque olim, & multa nec determinata quidem adhuc sunt; in dies nova prodeunt facta, & quotidie alias expectamus innovationes.

Nos in Germania Australi nondum ex integro — maximam tamen partem jam immutati sumus, at multæ adhuc politicæ conversiones nobis imminet; — Jamque studium novitatis in nostram quoque septentrionalem patriam porrigitur. Die 8. decurrentis mensis Borussia solenniter cepit civilem Electoratus Hanoverani possessionem. In hanc rem jam 5. hujus edita est proclamatio, tam propter subscriptionem, quam etiam tenorem memoratu digna, — ita autem habet:

Hanovera 6. Aprilis Die martis, id est 8 hujus nostra provincia nomine Regis Borussiae reipsa occupabitur. Edictum Regium hoc præcipiens crastina die ex cathedris prælege-

tur.
pulat
gi, s
Maje
nistra
potes
in ip
immu
ribus
& su
natur
tas m
varia

tus,
profe

Edict

russi
pedi

dimu
mis r
mani
paci
hoc
casio
per L
mulg
Brun
occu
mus.

tur. Qui in ministerio sunt, data de se stipulatione scripta permittentur suis officiis fungi, sed depositi juramenti memores, a sua Majestate, Rege Borussiae constitutam administrationem agnoscent ut supremam civilem potestatem, eique morem gerent. Ceterum in ipsa constitutione provinciae praevis nihil immutabitur. In omnibus collegiis, & muneribus adhibebitur Regium Borussicum sigillum, & subscriptio: *Regium Borussicum interim confirmatum &c* Ad colligendas stipulationes scriptas multi Borussici curatores discesserunt in varias regionis plagas.

Nudius tertius supremus annonae praefectus, Bourdon, & alter Celin hinc Parisios profecti sunt.

Berolino 5. Aprilis. Hic tandem sequens Edictum publici juris factum est:

Nos Fridericus, Wilhelmus III. Rex Borussiae &c. &c. notum reddimus, quibus expedit universis:

Indefesso nostro conatu id semper intendimus, ut fidelibus nostris subditis, & finitimis nostrarum provinciarum Statibus in Germania septentrionali durante bello, beneficia pacis procuraremus. Blandimur autem nobis, hoc nos assecutos esse ea ratione, quam occasione postremorum eventuum assumimus, & per Decretum nostrum 27. Januarii 1806. promulgavimus, ut videlicet provincias Electoris Brunsvico-Luneburgensis in Germania sitas occuparemus, administrandasque suscipere-
mus. Cum vero ex illo tempore earamdem

vera possessio erga cessionem trium provinciarum ex nostra Monarchia necessaria effecta sit ad obtinendam nostris subditis, & finitimis regionibus durabilem pacem, eapropter cum Sua Majestate Imperatore Gallorum, & Rege Italiæ inivimus conventionem, vi cujus processis tribus nostris provinciis dicti status Electoris Brunsvicensis ad Suam Cæs. Majest. jure armorum spectantes nobis obvenierunt.

In nexu itaque horum declaramus, provincias Electoris Brunsvico Luneburgensis germanicas posthac tanquam nostræ potestati subjectas esse considerandas. Quare imposterum omnia negotia publica solo nostro nomine, & suprema nostra autoritate administrabuntur. Hisce itaque provocamus universa Regni collegia, ut suas functiones sub præsidio nominati a nobis Administratoris, Generalis equitatus Magistri Comitis Schulezburg-Kehnert, eique adnexæ Præfecturæ peragant convenienter officio. Sic etiam expectamus a Nobilibus, Prælatibus, civibus, & cunctis subditis, ut huic ordini rerum, ex quo pax, & felicitas efflorescet, se benevole subjiciant, daturi specimen amoris erga patriam, & fidei erga nos; uti ex parte nostra certe nihil unquam intermittetur, quod ad confirmandam nostram paternam sollicitudinem, nostrumque desiderium, omnes felices reddendi, conduxerit. Datum Berolini 1. Aprilis 1806.

(L. S.) *Fridericus, Wilhelmus.*
Haugvitz.

Jam etiam de Germania Septentrionali dicitur: *Quacunque ingredimur, in aliquam historiam vestigium ponimus.*

Quid autem nostra germanica Constitutio? Illam prope dem tanquam splendidam antiquitatem in quodam angulo alicujus bibliothecæ circumdabunt telæ aranearum; Illa penes ingentia veterum germanicorum scriptorum volumina; qui in ea exponenda desudabant, tanquam antiquum memoriæ monumentum — una cum nostris priscae Germaniæ heroibus respirabit.

Namque cum Electoratu Hanoverano initium factum est, brevi ordo tanget reliquam Germaniam septentrionalem. Iam circumferuntur de Saxonia rumores, qui velut prænuntii futuram indicant mutationem. Gallicæ ephemerides sub articulo: Lipsia de 28 Martii, sequentia continent:

Incerta fama, quæ de formando in Saxonia Regno percrebuerat, videtur jam magis convalescere. Dicuntur diversæ Saxonice Ducales domus, quæ ex linea Ernestina descendunt, libenter consensuræ in imperium Electoris Saxonie, seu lineæ Albertinæ, hac enim ratione reservabunt sibi plenum usum suorum reddituum, atque possessionum. Comites Reüs, Schönburg, Schwarzburg, qui alioquin ob situm geographicum, & nexum feudalem certo modo jam dependent vel ab Electore, vel Ducibus Saxonie, suam precariam dependentiam cum voluptate commutabunt pro majore suarum possessionum secu-

ritate. Ipsa Borussia non gravate cedit tra-
ctum Erfordiensem pro aliis sibi vicinioribus
plagis. Novum igitur Regnum Saxonise pos-
set ex sequentibus componi partibus Ex Sa-
xonia Electorali, & Lusatia &c. ubi 1994
Quadr. milliaria, & 2,150,000 incolarum;
Ex Principatu Gothano, ubi 144. Quadr. mill.
& 165,000 incol. Ex Ducatu Vinariensi, ubi
99. Quadr. mill. & 114,000 incol. Ex Ducatu
Coburgensi, ubi 50 Quad. mill. & 62,000 in-
col. Ex Ducatu Meinungensi, ubi 57. Quadr.
mill. & 52,000 incol. Ex Comitatu Schwarz-
burgico, ubi 120 Quad. mill. & 110,000 in-
col. Ex Comitatu Reüsensi, ubi 58. Quad.
mill. & 70,000 incol. Ex Comitatu Schön-
burgensi, ubi 36. Quad. mill. & 52000 incol.
Ex tractu Erfordienfi, ubi 30 Quad. mill. &
42,000 incolarum. Itaque novum Saxonix
regnum in extensione 2618 Quadratorum mil-
liarium completeretur 2,830,000 incolarum,

Sunt tamen scriptores, qui ex omnibus
his sectionibus, & mutationibus volunt adhuc
æquilibrium exsculpere — non æquilibrium
Statuum, sed politicum æquilibrium titulo-
rum in Europa, quod ex adnexo scripto ube-
rius patet:

Inter coronata capita æquilibrium titulo-
rum per id subiit aliquam mutationem, quod
Gallia Imperatoriam, Bavaria autem, & Wür-
tembergæ Regiam assumpserint dignitatem.
Domus Austriaca sublimem suum locum dupli-
ci titulo Imperatorio munivit. Russia, Anglia,
Borussia, & Saxonia nihil adhuc susceperunt.

Si v
quid
æqu
Russ
titul
(Regi
Boru
& R
lis,
Rex

gun
vers
laud
niti
& f

elan
subs
Hau
Pari
imo
Ex
ad t

firm
Pari
Cap
tem
apu

Si vero hæc quatuor potentes Gentes simile quid tentare vellent, illico restitueretur dictum æquilibrium. Qua de re hæc est mea opinio: Russia ad titulum Imperatoris Russiæ adjiciat titulum Imperatoris Asiæ; Anglia utatur titulo Regis Angliæ, & Imperatoris Indiarum; Rex Borussiae assumat titulum Imperatoris Prussiæ, & Regii Defensoris Germaniæ Septentrionalis, Elector Saxonicus nominetur Saxonici Rex.

Sæpe adjuncta rerum, & temporum cogunt nos actiones ponere intimo sensui adversas, cui enim non est notum illud vetus, laudatumque proverbium: Contra torrentem niti; qui hoc audentius tentat, brevi fessus, & fluctibus haustus perit.

Politicae Observationes.

Notatu dignum est, 1) in Borussia proclamatione 1. Aprilis Berolini edita non esse subscriptum Ministrum Hardenberg, sed 2) Haugvitzius, qui 1. Aprilis adhuc in itinere Parisiis Berolinum suscepto constituebatur, imo die 11 ejusdem mensis Erfordiæ fuit. 3) Ex his manifestum esse, Haugvitzius iterum ad tractanda negotia externa adhibendum.

Litteræ de 1. Aprilis Londino allatæ affirmant, gravioris momenti negotia venisse Parisiis, quam quæ solam permutationem Captivorum pro fine haberent; ex eo enim tempore Foxius plura jam cum aliis Ministris apud Regem celebravit consilia, & jam 22

Martii respondit ad propositas a Gallia quæstiones, Bolonianque expedit; Die 28 Martii rursum novi nuncii in Angliam ex Gallia missi appulerunt. Jam mitius habentur gallici captivi in Anglia; Admiralis Villeneuve, qui in prælio ad promontorium Trafalgar comisso captus fuit, obtinuit facultatem redeundi in Gallias. — Proadmirali Du kvorth, ob relatam de gallis ad insulam S. Dominici victoriam assignata est annua pensio 1000 Libr. Sterling. Die 9. Aprilis hora 8. vespertina Cardinalis Caprara nuptias inter Principem Badensem, & Principem Stephanam initas solenni pre-catione conjunxit.

Publicandum.

Cum D. Emericus Vitéz Districtualis Scholarum Nationalium Inspector Regius Jaurinensis 29. Martii a. c. Supremum diem obierit; Vacantia hæc in præfato munere enata de benigno gratioso sub 8. Aprilis a. h. N. 5825. emanato Intimato illico publicanda præcipitur, ea cum in-viatione; quod muneri huic annum 600. flor. stipendium, præter D.urna, & Currules officiosi itineris expensas, ad mensum sit, & qui hoc pro munere recurrere voluerint, teneantur suos Libellos supplices necessariis documentis super Charactere morali, requisita ad obeundum idem munus habilitate, peritia in præscripta normali docendi methodo, notitia lingvarum cum primis Hung. ac super prægestis etiam in Re Literaria Officiis instructos Superiori studiorum Directori Districtus Jaurinensis usque ad 15. Junii a. l. inclusive transmittere.